cum omnia sua: condoma nomine Alipsone cum uxore filios, et filias suas seu germanos suos, vel cum omnia eorum pertinentia qui habitare videntur in Baruli: condoma nomine Bonialo cum uxore filios, et filias suas, vel cum omnia sua qui habitare videntur ad S. Maccianum in Freccento: condoma nomine Autoald cum uxore filios, et filias suas et cum omnia eorum: condoma nomine Calvo cum uxore filios, et filias, et cum omnia sua qui habitare videntur in Botonto: condoma nomine Visus cum uxore filios, et filiabus vel cum omnia sua qui habitat in Renelo, simulque et casas infra hanc Beneventi civitatem qui fuit de Radoin quę posita est ad porta aurea, et vinea quę posita est ad Sancto Vito in quintodecimo; secundum qualiter hęc quę supra legitur in isto Dei Loco concessus est à domno S.ª mem. Romoald. socero, et Avone nostro, et per cujus Pręceptum firmatum. Sed quia per pravos homines delibata sunt, denominatum Pręceptum nomine de duas condomas idest Calbi, et Ursi quam in nostra ostendistis presentia quem nostra gloria certam agnovimus veritatem, continuo hunc nostrum firmissimum emisimus Pręceptum, quatenus amodò et deinceps habeatis, et possideatis tam vos qui supra Abbatissa, quam et posteras vestras: Et nullus ex nostris castaldeis, aut actionariis, vel quisque homo contra ea quę nostra firmavit potestas quandoque ire presumpserit, nostra firmitas omni in tempore roborata permaneat. Quod Pręceptum firmitatis ex jussione, et dictatu suprascriptę domnę Scaniperge scripsi ego Audevilliu Notarius. Actum in Benevento in Palatium mense Novemb: Ind: 8.ª feliciter.

De Ecclesia S. Felicitatis in Monte-marano.

IN nomine Domini Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi temporibus domni viri gloriosissimi Grimoaldi summi Ducis gentis Longobardorum, anno felicissimi Ducatus ejus, Deo propitio 8.º mense Novembris Indictione 4.ª Ego David servus servorum Dei Episcopus Sanctę Beneventanę et Sipontinę Ecclesię anno Episcopatus nostri, Deo favente, 14.º Episcopali auctoritate, vel Antecessorum meorum consuetudine fretus, ob salutem, et statum S. Ecclesię, et pro mercede animę meę concedimus, atque largimur in Monasterio B. Marię sito in Loco sano, ubi Auflada religiosa Abbatissa regimen tenere videtur, Ecclesiam Sanctę Felicitatis longa jam vetustate corruptam loco in monte marano

Oblatio Davidis II. Epi. Beneu: facta An: 795. qui videtur esse, ex Ammirato de Ducib. Beneuenti An. VIII. Princip. Grimoaldi currente Indict.e III. Attamen quia hæc Scriptura dicitur firmata mense ... rigorosissimè notatur Indict.e II. ... tempore iam incepta à Septembri.

Ergo si hic an: 795 erat XIV. Episc. Davidis II. debet dici ipsum consecratum fuisse post Novembrem An: 782.